



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Limitatio. 48

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

Limitatio. 48

48 Laici per præscriptionem 40. annorum cum titulo vel tanti temporis cujus initii memoria non existit, possunt præscribere, quod in festo purificationis habeant candelas de cera nova vel alba, teent Zaba. *in cap. causam qui. de præscriptio.* & talis erat consuetudo in Ecclesia Tholosana, quæ tamen à paucis annis fuit (quo spiritu nescitur) abrogata. Et similiter in plerisque Parochialibus Ecclesiis, diœcesis Tholosæ, quod in festo resurrectionis aut Pentecostes, Rector Parochianus det collationem, hoc est vinum & caseum, dictis vesperis. Et quia ista sunt parva modicique præjudicii, nec sint spiritualia propriè: talis consuetudo non dicitur onerosa Ecclesiæ: imò per hoc alliciunt ipsi Parochiani ad veniendum ad divinum servitium, ad quæ fa. dicta per *Fede. de Se. consil. 55. per ver. Archi. super ver. consuet. in cap. generali. de Ele. li. 6.*

Limitatio. 49

Quadragesimo nono Laicus decimas cum titulo possidere potest, & inde si fuerit spoliatus, possessionem petere potest ac debet reintegrari. Et idem si sine titulo contra tertium de jure communi non fundatum. gloss. & Ioan. And. & Docto. *in cap. 2. de restit. spoliat. libr. 6. docto. in allegat. cap. causam quæ. & Guido Papæ. quest. 288.* Secus si spoliatus fundatus esset de jure communi, ut ibidem.